Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et cinamomi · & amomi · & odoramentorum · & thuris · &
uini · & olei · & simile · tritici · & iumentorum · & ouium · &
equorum · & pecorum · & mancipiorum · & animarum hominum.
subaudit semper a superioribus merces nemo emet
amplius · Ex his quedam pertinent ad olfactum · quedam autem
simul ad olfactum & tactum · Cinamomum enim & amomum
diuersorum odoramenta pigmentorum · & thus ad olfactum.
unguentum uero ad tactum simul & olfactum referunt · Verum
quoniam ut ceperimus · qualiter illa que in bonum iste spe
cies significant usurpet pars aduersa · quibus quoque ablatis amarum deflent · Per cinamomum quippe & amo
mum odor uirtutum designatur · Vnde ecclesia dicit · Si
cut cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi.
Hinc Paulus dicit · Xpi bonus odor sumus deo in omni loco.
In diuersorum odoramentis pigmentorum & thure orationes ex
primunt sororum · Hinc enim in canticis canticorum sponsi
uoce in laude ecclesie dicitur · Quae est ista quae ascendit
per desertum sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhe
& thuris & uniuersi pulueris pigmentarii · Et per psalmista dicitur · Dirigatur oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo · Vnguenta quoque nomine ipsa
diuinitas incarnata intelligitur · cui in canticis
canticorum dicitur · Vnguentum effusum nomen tuum · Et alibi ·
O odor unguentorum tuorum · sup omnia aromata · Iam uisi
ad tendamus qualiter hec fraudulenter se habere
dicat pars aduersa · quibus quoque ablatis uehementer
uideatur affligi · in cinamomo & amomo fere omnes
urta hereticorum · sub obtentu odoris · qui manat
ex uirtutibus sororum · imitanda obponit · De quibus